

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Muliebris virtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

apertum, nulla malevolentia suffusum, nullaque avaritia inquinatum, bellicis laudis militarisque gloria & flagrans studium, tum illa in primis Caroli V. Imp. Sigismundi Sarmatiae regis (quos majestatis causa nomino) de insigni tua virtute testimonia tot tanta fuerit, ut alter te Duce renuncias, ab altero nullus maximus. Lituanie imperii & administrationibus ornatus longe clarissimus es, dignus, habitusque in fortium bellico forung, populorum vel flore, vel robore summatam potestatem haberes: Et in quo omnes rebus secundis animi aquabilitatem & religionis propagationem agnoscere, adversis invictum resisterent, & disciplinam militarem prudentiamque in administratione dispendierit, singulis sequerentur, & autoritatem amplissimam libenter retinerent. Hec cum in re sint dona, conuersus, tan pulchro laudabilis exemplo ad eorumdem lucem alios multos adducere, & quasi normam boni gubernatoris ducere, merito te omnes tremororum istic hominum florem, ditionum ipsarum firmamentum, bonique Principi ornamentum existimant; merito quoque nos tue Excellentie hosce nostros de Armis commentarios nunciamus & consecramus. Arma certe hujuscemodi mittimus ad bellum ita delectabili, ut eadem sed amissedens, in alto contreditare possit otio, cum in iis ipsis & disciplinarum cultum, & varie eruditissimis, antiquitatis imaginem honoratissimam sis agniturus. Hoc qualia acungit a me conscripta, mea in usus perpetua observantia testes, probata ad alios venire patet: equidem nec dubito, quintuo patrocini defensa, gratiosa omnibus futurum sint. Faxit Deus Opt. Max. ut potestas & voluntas quos tibi dedit, tuus exitus habeat, qui & illi maxime glorie sint, & Christianis utilitati, & tibi dignitati, Vale.

JUS IN ARMIS. CAP. I.

*Hinc, Jas
in manu,
nō dñe
in manu,* **D**orum, ut hinc exordiamur, simulachra armis ornata, authoritatem, vimque armorum indicant. Nam Graci praecepit deos omnes in universum ferro accinatos fingere consenserunt:

*Ex r̄ Xer.
Ex eo scilicet innuere volentes, armis, omnia parere, in armis jus esse, cum tamen Phoenices, ut
C̄, apud potē mercatores, & assiduis dediti negotiationibus deos cum loculis & crumenis bene pecunio-*

*lucianum
fos omnes effingerent: nempe, quod rerum omnium vim penes aurum & divitias esse arbitrarentur.*

*1. in armis.
Mulierum.
Lacedemo-
niarum
Virtus.*

MULIEBRI VIRTUS. CAP. II. **Q**uod vero Lacedemonii Veneris armata simulacrum dedicant, virtutis id, hieroglyphicum, cū quæ prænituit in mulieribus. Nam cum Lacedemonii bello cum Messeniis congressi eorum impetum sustinere non possent, pedesque sensim retroferrent, uxores eorum hoc animadverto: se pente arma corripiunt, impetuque in hostes factio non tantum lapsam maritorum aciem restituere, verum & Messenios ipsos fugaverunt. Eas inde amplexi Lacedemonii, prout erant armati, cum armatis promiscue, ut Lactantius ait, concubuerunt. Atque ita mox armatam Venerem colere ceperunt. Neque tamen Venerem tantum, quam uogos vocitabant, sed deos, deasque, omnes cum lancea figurabant, ut eas ita redderent honestiores. Nihil enim apud eos ignavia turpius, nihil bellica virtute præstantius habebatur. Alia vero ratione armatae virgines in sacrificiis adhibentur: eas enim in nimis aliquot, atque etiam in lapideis signis atque memoriis videoas lacinia togæ in humerum rejecta figuratas. Haec sunt virgines, quæ Armata dicebantur, quod in armum ita uestes conjiceret sacrificii ritus depositeret. Unde etiam poena ex alieno in armum legere, legibus prohibemur, tanto scilicet numero asportare, quantum humerorum onus sit. Hoc quidem καὶ πρᾶξεγον fatemur, sed hoc loco necessarium.

**Cum hastis
& scuto,
Sumi tum
ab origine
phane in
pace.** **MARS ULTOR. CAP. III.** **V**idere autem est plerisque locis, atque etiam in numis, signa Martis Ultoris cum scuto & hastis, quæ nimisrum belli indicia sunt, cum omnis ejus ornatus in eo versetur, ut arceat a se cladem, & hostibus inferat calamitatem. Hinc proverbium illud emanavit, Καὶ δόγμα τοῦ αἰσχύλου, cum quid omni conatu aggrediendum innuimus. Hujusmodi vero statuam sibi Sesostris erigi curavit supra qua-

